

XCV.¹ *Gesta Pauli papae.*

Paulus² ex patre — — promereberis vitam (*fol.* 45'—46').

XCVI. *Gesta Stephani pape.*

Stephanus³ natione — — episcopatus dies IX (*fol.* 46'—48).

XCVII. *Gesta Adriani papae.*

Adrianus⁴, natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via Lata, sedit ann. XXIII menses X diebus XVII. Vir valde praeclarus et nobilissimi generis et potentissimis — — — Et⁵ erat huiusmodi causa. Pipino rege Francorum et patricio Romanorum, ut supra dictum est⁶, defuncto, filii eius Karlomannus et Karolus regnum inter se diviserunt. Sed Karlomanno post biennium defuncto, Karolus, qui postea Magnus dictus est, totum regnum accepit⁷. Tunc uxor Carolomanni et filii eius ad Desiderium confugerunt. Qui volens Francos inter se dividere et papam ab amicitia Karoli dividere, mandavit ei, ut veniret et filios Karlomanni in reges Francorum ungeret. Nam et Karolo privatim adversabatur, quia filiam suam repudiaverat⁸. Respondit⁹ pontifex se cum eo loqui non posse, qui patrimonia abstulisset ecclesiae; si redderet, continuo se venturum. Interea dum Paulus — — — consummato cursu feliciter migravit ad Dominum sepultusque est in ecclesia beati Petri VII. Kl. Ian., indictione quarta, anno incarnationis dominice DCCXCVI¹⁰. Qui etiam fecit ordinationes duas mense Martio, XXIII presbiteros, diac. VII, episcopos per diversa loca CLXXXV (*fol.* 48—55). Cuius obitum audiens Carolus rex Francorum non minus luxit quam fratrem carissimum¹¹ multasque¹² elemosinas fecit, non quo dubitaret eius beatissimam animam in requie esse, sed quo affectum ostenderet in amicum carissimum. Eius enim donis multis et maximis tanta opera fecit beatus pontifex. Nichil quippe magis curavit Carolus rex precellentissimus, quam ut suo labore suaque largitione urbs Romana et ecclesia beati Petri in antiquum statum reformaretur, sicut in Vita eiusdem Karoli

1) Die Hs. hat irrthümlich 'XCII'. 2) Auszug des Lib. Pont. und Brief an Egbert (oben S. 383). 3) Auszug des Lib. Pont. (eb. S. 384). 4) In C fehlender Auszug des Lib. Pont. 5) Duchesne p. 488, 19. 6) Im Leben Stephans III. c. 17 (eb. p. 473). 7) Das Einschiesel beruht auf Einhards Vita Karoli c. 3 (a. a. O. p. 5). 8) Aus Einhard c. 18 (S. 19). 9) Duchesne p. 488, 12. 10) Statt 795, indem der Jahresanfang auf Weihnachten gesetzt ist. 11) Aus Einhard c. 19 (S. 21). 12) Der Rest des Satzes beruht auf dem Brief Karls an König Offa (MG. Epist. IV, 146), dessen entsprechenden Teil der Kompilator aus dem CL gemeinsamen Papstkatalog kannte, mit welchem der Wortlaut des Briefes auch in L nach wenigen Zeilen teilweise mitgeteilt wird (vgl. oben S. 385).